

eorundē ferē quatuor ad uiginti sesqui  
 tertia erit & e a linea quæ ex cētro ter-  
 ræ exit. Assumatur iam e q taliū trium  
 qualiū est quatuor e a, & in centro e,  
 distātia uerò e q, scribatur in eodē pla-  
 no circulus, qui terram cōplectatur q  
 r: & diuisa aliqua recta, quæ sit æqualis  
 e q in nonaginta sectiones æquales,  
 unius quadrantis æqualis ipsi e p, assu-  
 matur quidē e s sectionū uiginti trium  
 semis & tertij, at e t sectionū sedecim  
 tertij & duodecim, e u uerò eorūdem  
 sexaginta triū, & perducāt x s y ad q  
 r recta cadens, uidelicet secundū paral-  
 lelum per Syenē. Erit igitur t signum  
 per quod scribetur parallelus ille, qui  
 terminat australem finē habitabilis, &  
 oppositus ei qui est per Meroēn: u uerò  
 per qd scribet parallelus, qui termi-  
 nat finē Borealem, scriptusq; per Thy-  
 lem. Assumatur nunc signū paululum  
 australius t sicut z, & cōiungatur z d  
 pducaturq; s y & z d, accōincidant  
 iuxta \*. Si igitur nunc expositos circu-  
 los intelligamus in plano, p signa tro-  
 picorum & polorū, aspectumq; super  
 \* propter subiecta: linea quidem ab \*  
 per m et g ac d & k & o producte ad a  
 c facient super ipsa sectiones, per quas  
 scribentur ad aspectū segmenta quinque  
 parallelorum: ueluti per sectionē z scri-  
 bet circa d æquinoctialis. Lineæ uerò  
 ab \* super l & f & b & h & n cōiun-  
 ctæ apud a c sectiones faciēt, per quas  
 scribentur ultra terraneæ portiones eo-  
 rūdem parallelorū. Similiter quoq; in  
 parallelis describendis in terra, si sum-  
 pserimus super q r peculiare ab æqui-  
 noctiali distātiā, ueluti u & t ac sectio-  
 nes, quæ sient super eisdē per rectas li-  
 neas a z coniunctis super semicirculo  
 q r habebimus oppositas eis secundū  
 parallelas positioēs, per quas scriben-  
 tur dictorū parallelorū segmenta: ueluti  
 g u f & d t b: super quibus sumentes  
 exortus eorum quæ ordinanda sunt ex  
 utraq; parte meridiani t u & sup x s y  
 recta, in peculiaribus trium illorum pa-  
 rallelorum rationibus, scribemus per  
 trium similiū signorū particulas, sub-

sectorum meridianorum, tanquam eorū  
 qui definiāt longitudinem, & f x  
 b & g y d.

Multitudo igitur in terra describendo  
 rum ad descriptionis magnitudinē ad-  
 aptanda erit. In Armillarum uerò para-  
 bola, id obseruandum est, ut quum sin-  
 gula per dicta quatuor signa trāseant,  
 figura effingantur ouali, & non in mu-  
 cronis desināt, in sectionibus apud cir-  
 culum extremum, ne speciem præbeāt  
 fracturæ. Nam illic quoq; congruam  
 reliquis flexurā seruari oportet, quam  
 uis lineamēta curua, quæ eclipsim com-  
 plectuntur, ultra extremum circulum  
 totius descriptionis finitorem cadant,  
 quod & in ueris armillis accidere uide-  
 tur. Animaduertendum præterea, ne  
 circuli solum lineæ existant, sed ut cum  
 aliquali latitudinis commensuratione  
 & colore differant, ac etiam ut ultra ter-  
 ranæ circulorum portiones, obscurio-  
 res habeant colores, quā illæ, quæ  
 usui sunt expositæ, quo in proximio-  
 ribus fiant incisuræ secundum obum-  
 brationes, quæ in ueris eueniunt armil-  
 lis. Præterea ut Zodiacus incidat su-  
 per terram iuxta semicirculum austra-  
 lissimum, & per tropicum hyemalem  
 incidatur autem ab ipsa secundum Bo-  
 realem, & per æstiuum tropicum. Con-  
 scribemus autem de ijs quoque in locis  
 oportunis peculiare denominatiōes,  
 ac etiam in circulis, qui in terra sunt nu-  
 meros, quæ in orbis descriptione sunt  
 explanari distantiarum & horarum.  
 Circa uerò exteriorem circulum uen-  
 torum ponemus nomina ad imitatio-  
 nem spheræ armillaris, apud adiacētes  
 quinque parallelas & polos per adno-  
 tationes.

DESCRIPTIO EXTENSIONIS.  
 Cap. VII.



Aeterum huiusce exten-  
 sionis descriptio quæ &  
 summarim armillari con-  
 gruit spheræ, talis erit. In  
 plano subiiciatur designa-